



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. LIII. Domana fideicommissi de Alberinis. De eadem materia familiæ
positæ in parte dispositiva vel conditionale, quæ veniat, ubi non est
verificabilis effectiva, an scilicèt solùm contentiva ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

contingente vacatione plures reperirentur Cardinales, tunc juxta regulam, de qua supra ad favorem majoris natu seu primogeniti, admitti deberet antiquior eo modo quo praxis docet inter Cardinales Venetos super titulo S. Marci, & confimili fructione partis insignis palatii eidem Ecclesie adjacentis, & sic respectivè inter Prælatos; sed si inter eos adesset hæc differentia, quod scilicet aliqui essent de illa parte familiae, de qua erat testator, alii verò de altera, tunc ducto argumento à prælatione, quam testator sibi magis proximis dare voluit non improbabiler dicendum veniret, istam circumstantiam prævalere debere alteri antianitatis, sed intrâ personas ejusdem sphaerae, seu ejusdem dignitatis, secus autem in concursu dignitatis majoris cum minori ut supra; Ad has autem ac similes ambiguitates, & controversiarum occasiones removendas, ego testatoris satis benevolus ac beneficis affectus, ex tunc ab initio visa hujusmodi confusa, ac non benè distincta dispositione, amicis ac benevolis per testatorem viventem non communicata, laudasse, ut etiam consulti, quod curaretur obtineri Apostolicam determinationem seu præfinitionem ordinis succedendi per viam declarationis vel suppletionis magis quam derogationis, cum tamen etiam istam ex aliqua probabili causa Pontifex sine dubio dare possit, ac etiam soleat, ut habetur infra in materia licitæ alienationis bonorum fideicommissorum ex Apostolica derogatione, ac etiam frequenter *sub tit. de feudis ad materiam Bullæ Baronum*, sed in hoc hucusq; practictu vidi vulgare dicitur, quod commune est, negligitur.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ALBERINIS.

PRO
HORATIO ALBERINO
CVM
CLEMENTIA PURA.

Casus decisus per Rotam pro Clementia.

De eadem materia familiae positæ in parte dispositiva vel conditionali quæ veniat, ubi non est verificabilis effectiva, an scilicet solum contentiva proxima, vel etiam contentiva remota; Et an ratio conservacionis bonorum in familia ampliet præcedens fideicommissum ad universam familiam ultra personas ad illud expressè vocatas; Et de caducatione ulterioris substitutionis ob defectam conditionem, sub qua illa ordinata est.

SVM MARIVM.

- F**Acti series.
Resolutiones causa.
 3 Caducata prima substitutione caducatur sequens.
 4 Ratio conservacionis bonorum in agnatione adjecta in prohibitione alienationis, & in aliis dispositionibus non ampliat fideicommissum dispositivè ordinatum ultra casus & personas expressas.
 5 Declaratur conclusio, de qua num. 3. & quomodo inret vulgaris anomola necne.
 6 Limitatio non præsumitur, sed est probanda ac alias fundata est intentio habentis regulam.
 7 De distictione tunc & eo casu, vel simili.

- 8 De fideicommissio resulante à conservacione agnationis, ac ratione adjectæ conservacionis bonorum in familia.
 9 Explicatur quando inret in effectu superri anomola præservativa caducationis
 10 Instituitur post mortem ejus, cui relictus est fructus, dicitur heres directus ab intestato idem de substituto.
 11 De admixtulis contemplatæ agnationis.
 12 Sub familia contentiva comprehenduntur omnes agnati, & de illa etiam remotis.
 13 De differentia inter contentivam proximam contentivam remotam, & ad quas effectus consideratur.
 14 Ex quibus constat testatorem sentisse deversa familia contentiva etiam remotam.
 15 De theoria Cumanæ, an vocatio proxima expiret in primo.
 16 De argumento gravaminis proximioris dilectorum, an exinde inferatur ad gratiam remotiorum.
 17 De materia an & quando ratio conservacionis bonorum in agnatione adjecta prohibet alienationis inducat fideicommissum, quod extendat ultra personas expressas.
 18 De differentia an dicta ratio consideratur in dispositione vel interpretativa.
 19 Militibus Hierosolymitanis expediti solentur & redditus, & de ratione.
 20 Quod attendi debeat substantia verijuramentis lunaris, & non sit inharandum in verborum, & de ratione.

DISC. LIII.

Fulvius de Alberinis emittre volens præfines in militari Religione S. Joannis Hierosolymitani, per actum inter vivos de ejus bonis fuit ad favorem trium fratrum germanorum perperuo descendivo fideicommissio in eadem linea masculina, ordine tamen non similitudo successivo, hoc est primo unius fratris ejusdem deinde ista defecta ad favorem secundi, & terti, cessivè, omnibus autem deficientibus, ipso teste superstitute, bona reverti voluit ad ipsam ad usumfructum sua vita naturali durante, quod ad proprietatem devolvi voluit ad præcedentem de domo Alberina, penes quos post ejus mortem dictus fructus cum proprietate consolidarentur cludendo profitescentes in Religione ac Fideicommissio prohibendo quascumque detractiones & alienationes, pluries repetendo, tam in procerio substitutionis, quam in ratione adjectæ distictionis, & exclusionibus ac prohibitionibus, æquæ contemplationem, ac desiderium conservacionis honoris, & ampliationis familie & domus Alberinæ; Prædecessit autem ipse Fulvius donatoris donatariis, ex quibus omnibus fuit superstitute Paulus filius unius eorum, in quo dicta bona consolidata fuerunt, dictoque Paulo dicta bona abscq; prole scripta hæredem Clementiam Puram triangularem orta est quaestio super hujusmodi inter dictam Clementiam hæredem, & Horatium Germani Pauli germanam sororem, & Horatium præfines de familia Alberina, Et introducta in Rotam coram Priolo, super dubio, An conditio fideicommissio, & ad cujus favorem, sub die 17. februarii 1661 negativa prodiit resolutio, quæ non effecta essent libera, eaque confirmata sub die Novemb. ejusdem anni, unde Horatius æquæ neque hucusq; causa ulterioe progressum habuit. Resolutio fundamentum fuit, quod in procerio proximioris de familia concepta esset in procerio, in quem fratres eorumq; descendentes deberent superstitute ipso donatore, per cujus præfines

sum dicta substitutio caducata fuerit juxta terminos textus in l. unica §. fin autem Cod. de Caduc. tollen. sequendo in hoc theoricam Angeli in leg. quamdiu n. §. ff. de acquir. hered. quam sequuntur Abb. conf. l. n. 1. lib. 1. Decius conf. 394. & ceteri collecti in Perusina fideicommissi 26. Januarij 1660. coram eodem Priolo, cum qua in omnibus processum fuit, ponderando illa verba, in talem eventum, denotantia tempus seu casum præcisum.

Et ad voluntatem pluries explicatum conservationis bonorum in domo & familia, respondetur, quod cum præcedat fideicommissum expressum & dispositivum ad favorem fratrum eorumque descendendum, tunc id corroborat sed non extendit fideicommissum ultra personas & casus expressos, juxta deducta decis. 300 par. 1. rec. in Romana fideicommissi de Coronis 28. Januarij 1647. & 21. Junij 1651. Cetero, in Beneventana hereditatis coram Celso inter tusas decis. 228. & repetit. dec. 58. post Michalor. de fratr. cum alijs de quibus supra in præcedentibus; Ponderando etiam discrevum modum disponendi, quod scilicet quando disposuit cum fratribus adjectis verba denotantia tractum perpetuum, & successivum in universa cujuslibet descendentiæ, quando autem vocavit dictum proximiorum, neglexit ulteriorem progressum, signum clarum, quod hujusmodi vocationem facere solum voluit in casu quo ipso donatore superstitite, bona ad ipsum revertentur, ne alias contingeret per ejus mortem cadere sub spolio ad favorem Religionis, & hæc in substantia sunt decisionum fundamenta, quavis plerique alia in regulis generalibus consistentia ad ornatum in eis deducantur.

Mihi scribenti pro Horatio, reflectendo etiam ad veritatem, resolutiones non placuerunt, siquidem, ut advertitur infra in dicta Perusina fideicommissi disc. 107. & in alijs ibi proximis super materia caducationis sequentium graduum ob primum seu præcedentem gradum corruptum, ac etiam habetur supra in Mutinen fideicommissi de Rangomis, & in Reatina fideicommissi de Vecchiarelli disc. 17. & 18. & in alijs, regula est in oppositum juxta theor. Bart. in eadem l. quamdiu ff. de acquir. hered. num. 10. & 11. dicta verò contraria theoricæ, Angeli ibidem, recepta solum est pro limitatione, quando urget contraria voluntas testatoris, quod voluerit disporre per nudam fideicommissariam, non autem per vulgarem in fideicommissio, quàm vulgò anomalam dicimus, & sic facere fideicommissam merè graduale non sortiturum effectum in secundo, nisi verificetur in primo, & sic successivè, quod in dubio non præsumitur juxta naturam limitationis non præsumendæ, sed per allegantem justificandæ, ita ut non facta probatione, fundata remaneat inventio habentis regulam juxta vulgatam decisionem Mantica 251. n. 4. cum alijs per Barbof. axiom. 198. ac habetur pluries tam in ista speciali materia quam in alijs hoc eadem rit.

In hac autem facti specie nulla videbatur concurrere probatio, vel urgens conjectura pro hujusmodi limitatione inducenda, dum solum ponderabatur illa resultans à simplici formalitate verborum, seu dictionum, tunc & eo casu, vel in talem eventum, &c. quæ ut habetur ad nimiam satietatem cumulatam per Aden ad decis. 632 par. 4. rec. tom. 3. n. 105. & seqq. ubi de pluribus decisionibus Rotæ aliorumque Tribunalium, ac pluries advertitur alibi hoc eodem rit. sunt quæ idem alicujus considerationis, quando alia insinuat juncta urgent in idem tendentia, secus autem ubi sunt sola, multoque magis,

Cardin. de Luca de Fideicommiss.

ubi e converso urgent conjecturæ & adminicula, regulæ magis quàm limitationi assistentia, ex quibus ipsius testatoris voluntas magis desumi videatur, ex ea clara ratione, quod sæpius talia verba proveniunt ex formulariis seu phrasibus, ac modis loquendi Notariorum, testamenta vel instrumenta conficiendum, non percipiendo vim verborum, seu quid importet unus vel alter loquendi modus, & sic verè nimium levis est restrictio ex istis verbis resolutans.

In contrarium verò duo urgere videbantur, quæ regulæ prædictæ assistebant; Primum scilicet enixæ totiesque repetita clara voluntas perpetuæ conservationis hujusmodi bonorum in domo & familia pro ejus decore & conservatione, unde resultare fideicommissum dispositivum & restitorium ad favorem agnatorum, & familiæ, pariter ad nimiam facietatem plures colligunt auctoritates, & decisiones ejusdem addentes ad dictam decisionem 632 par. 4. rec. tom. 3. n. 92. & seqq. unde de facili transcriptores magnam, sed inanem allegationum pompam facere possunt; Et secundò, quia in eventum in quem ipse esset superstitite, vocavit semetipsum ad solum usum fructum, clarè disponendo, quod ex tunc proprietates devolueretur ad proximiores, penes quos deinde per ejus mortem ususfructus cum dicta proprietate consolidari deberet, ut literaliter probant illa verba præcisæ; In talem eventum omnia bona & jura donata devoluantur ad ipsum donatorem quo ad usum fructum sua vita durante, quovè ad proprietatem, devoluantur ad proximiores de familia &c. & quod ususfructus consolidetur cum proprietate post mortem ipsius donatoris.

Si ergo etiam ipso donatore superstitite, in ipso instanti ac directè proprietates transitum faceere debeant ad proximiores, exinde resultare dicebam pro suis incongruos esse dictos terminos utriusque theoricæ Bart. vel Angeli, in dicta l. quamdiu, cum huiusmodi inspectio cadat, quando vnus prius vocatus est ad successione ac bona pleno jure, atque post eum vocatus est alter cum ordine seu jure successorio, & per diversos substitutionum ordines seu gradus, quod in præsentia dici non poterat, cum ususfructus contradistinctus à proprietate ut potè importans servitutem incompatibilem cum dominio, referri non possit ad substitutionem, vel universalem successionem fideicommissariam, sed resolvatur in simplex legatum seu aliam dispositionem ususfructus, ipsa successione ex tunc ab initio delata ei, qui post mortem talis usufructuarii vocatus fuerit juxta veriorum ac hodie receptissimam opinionem, de qua cæteris relatis plenè & magistratraliter habetur apud Merlin. decis. 505. alijs decis. 22. par. 6. rec. cum alijs in Imolen. prædij 6. Junij 1653. coram Albergato, & in eadem 6. Junij 1664. coram Emerix, de qua causa habetur actum sub cit. de detractionibus occasione trebellianicæ, ac etiam latè probant Bellon jun. qui disputat ad partes de jure accrescendi cap. 7. quæst. 16. n. 292. & seqq. Capyc Latr. consult. 112. Martian. jun. disput. 99. apud quos ceteri, ideoque in hac facti specie non concurrebat illa vocatio per prius & per posterius, ex qua resultare possit gradualitas seu vocatio per simplicem fideicommissariam, unde propterea meus intellectus captivari non potuit, quod hujusmodi causa per istos terminos resolveretur.

Fortius verò stante clara voluntate toties repetita super contemplatione agnationis, ejusque perpetua conservatione & propagatione, quæ tanquam in verbis claris remanebat expressa,

M 3

Multò

LUCA
de
amentis
cat
CVI
9

11 Multo magis concurrentibus aliis adminiculis talem contemplationem præferentibus, quæ resultant à prohibitione alienationis ac detractio- num, & fortius ab exclusione Religiosorum & foeminarum restringendo dispositionem ad solos masculos.

12 Illa etiam ponderatione accedente, quod in huiusmodi disponente propria sobole destituta verificabilis non erat familia effectiva sed solum contentiva æq. è complectens fratres eorumque descendentes, ac quoscumque alios agnatos trans- versales ab eodem stipite descendentes ex plene collectis per *Andreol. controu. 338. Altograd. conf. 46. & 47. & 95. lib. 2.* ac pluries supra in præcedenti- bus, unde propterea nulla subesse videbatur dis- criminis ratio, cur profitendo adeo diligere fami- liam ac agnationem in universum, ista adhuc du- rante, voluerit bona effici libera, & ad extraneos transmissibilia, ex eo quod ipse fratribus vel eorum filiis prædecessisset, & quod ad agnatos transfirent eo non præcedente, cum nulla videatur subesse probabilis ratio huiusmodi voluntatis; Illa enim ponderata in decisionibus super exclusione Reli- gionis parum probabilis videbatur, dum facta re- servatione solius ususfructus ad vitam, nullus sub- esse poterat timor transmissionis ad Religionem, quoniam etiam si dictos proximiores agnatos non vocasset, ita proprietas remansisset in hæreditate ultimi gravari morientis.

13 Et quamvis in eadem familia contentiva pro meo sensu verissima sit distinctio de qua supra in *Romana primogenitura de Bualo disc. 25. & in aliis ex deductis apud Altograd. d. conf. 95* & alios inter contentivam proximam constitutam à fratribus testatoris cæli- bis, cujus domus, seu linea effectiva constitui dicitur à proprio patre, & contentivam remotam seu generalem complexivam omnium agnatorum collateralium; Attamen id rectè procedit, vel ad effectum prælationis in concursu, vel ad effectum diversimodè regulandi dispositionem cum uno ge- nere, & cum altero juxta casum de quo *d. disc. 25.* vel ad effectum comprehensionis quando probabi- liter dubitari posset an testatore loquente de sua fa- milia senserit de universa, vel potius solum de illa proxima quæ dicitur sua, cum similibus; Istæ au- tem difficultates in præsentem cadere non poterant, quoniam disponens vocavit proximiores de fami- lia postquam suppeluit jam extinctam familiam contentivam proximam fructum, ergo ejus dispo- sitio referri non potest nisi ad contentivam remo- tam, ac generalem, Addita potissimè illa circum- stantia ponderata *disc. præced.* juxta decisiones in *Bonon. de Pancaldi coram Panzirolo. & Cerro* quod non dixit de sua familia simpliciter, sed duplex ali- ud adjectum expressit, scilicet *de domo, & de Alber- nis*, quæ latius patent, ac denotant de tota fa- milia in universum sensisse, quam, ejusque decorem, honorem & conservationem si ita enixè dilexit, non videtur subesse ratio, cur ista dilectio proce- dere deberet in uno casu, & non in altero, quod- que ipsa familia adhuc durante, bona contra ejus votum transitum facere deberent ad extraneos, dum etiam foeminas, & religiosos de ipso sanguine & familia proxima seu contentiva proxima abhor- ruit.

14 Alia etiam ponderatione accedente inverisimili- tudinis quod disponens vocationem proximiorum de familia pro istius amore, & conservatione restringere voluerit ad tristem casum verisimiliter non contingibilem, neque ab eo speratum, quod ipse

superviveret tribus fratribus ad proles procrean- tem destinatis, eorumque filiis & descendenti- bus.

Et ad motivum discretivæ, quod tenet quæ- situm non est, Respondebam non exinde retulisse su- ppositum, quod disponens in primis voluerit pro- priam sententiam terminari; Licet enim ex po- steriori sententia talis sit regula ex celebri theorema *Cumani in leg. cum ita §. in fideicommissis ff. de leg. 2. cundo*, Attamen ex eadem theorema retulisse re- cepta limitatio ex diversa testatoris voluntate ducta ex conjecturis, illa præsertim contentio- nis agnationis cum verbis denotantibus tribus successivum, ut cæteris relatis firmatur in *Bonon. primogenitura de Podis 1. Julij 1654 coram Bichio imp. decis. 27. post Bonendum n. 7. & seqq.* & de qua lo- quitur supra *disc. 15.* & habetur pluries infra in præ- speciali materia theorema *Cumani*.

Quodque vereserem potius in casu limitati- nis, clarè convinci videbatur ex eo quod in præ- cedentibus substitutionum ordinibus ad favorem tri- tum, eorumque descendenti non videtur necessaria adeo enixè expressa & toties repetita contemplatio agnationis, cum verbis adeo gene- libus *de familia & domo* & cum adjecto *de liberis* atque cum expressione desiderandi, ne dimit- tatur conservatio, sed etiam honorem & ampliationem familie, dum restitueret vocationem ad solus- sculos, ita & taliter quod neque intrare videtur in præsentem super *conf. 85. Fulgosi*, de quo supra præsertim *discurs. 24. & 25.* ideoque id potius percutere videtur hunc ultimum gradum seu nem substitutionis ad favorem proximiorum de fa- milia contentiva magis remota post cessata sub- stitutione ordinatas in contentiva magis proxima. Considerando etiam quod vocatio proximiorum est in numero plurali, unde congruè referri potest ad vocationem omnium proximiorum in tempore, ordine tamen magis successivo quam multaneo; Ac etiam quia improbabile videtur, illos de familia propria & magis proxima alio- dubio prædictos gavare voluerit cum tempore perpetuo & successivo, deinde verè libertatem co- cedere primis successoribus magis remotis. Licet enim istud argumentum solum & de per se non valeat esse magni ponderis, ut advertitur in *theorema Cumani d. disc. 92.* & in aliis super hac theorema *Cumani*, qualiquod desiderium continuatæ con- servationis bonorum restrictum sit ad illam familiam propriam, ita cum ordine perpetuo & successivo gravatos, non ex odio, sed ex more, ut ita cohererentur à dissipationibus, quæ immunes remanerent à confiscationibus, hoc scæno ulterioris substitutionis ad favorem tertius, in quo deinde tanquam extraneo neceratur ista conservatio, Nihilominus cum eadem ratio honoris & conservationis sit in propria, junctis aliis argumentis, de quibus supra cum consueta regula, ut *singula qua non proferuntur* id videtur satis considerabile.

Hinc superfluum vel extraneam reputandam vocationem, super qua in iis disputationibus hincinde elaboratum fuit super quaestione, an conservatio agnationis ampliet seu extendat fideicommissum ultra casus vel personas expressè juxta à theorema *Bart. in l. pater filium §. fundum n. 1. de legatis tertio, & in l. qui Roma §. qui heredes. ff. de verb. oblig.* de qua latè in duabus paginis decisionibus editis in eadem *Bonon. fideicommissum Lambertinis decis. 193. & 300. par. 1.*

FAVENTINA FIDEICOMMISSI

DE FENZONIIS

PRO

FENZONIIS

CUM

HOSPITALI seu CONFRATERNITA-
TE BRISIGHELLE.*Casus decifus per Rotam pro Fenzonijs.*

De eadem materia, An scilicet ratio conservacionis bonorum in familia vel descendencia adjecta, prohibicioni alienationis, vel alteri dispositioni, inducat fideicommissum restitutorium in casu mortis, vel illud ampliet ultra casus ac personas expressas, Et ubi illud non induceret, sed induceret tantum fideicommissum conservatorium, An istud impediatur dispositionem ad favorem legitimorum hæredum ab intestato succedentium, quamvis non sint de familia.

SUMMARIUM.

- 1 *Acti series.*
- 2 *Resolutio.*
- 3 *Punctus causa super conf. 636. Decij.*
- 4 *De ratione, ob quam ista materia involuta sit, & quomodo ad veritatem indagandam sit procedendum.*
- 5 *Ubi procedit fideicommissum expressum restitutorium, sed clare restrictum ad certas personas, tunc ratio amplior illud non ampliat.*
- 6 *Fortius, ubi prohibitio directa est ad personas.*
- 7 *Argumentum superfluitatis est levissimum.*
- 8 *De pluribus effectibus resultantibus ab expressa alienatione bonorum fideicommissi facta per testatorem, & ideo de pluribus conclusionibus.*
- 9 *Quod ratio non operativa, ut supra n. 5. adhuc attendatur pro adminiculo, & quod plura de per se non operativa servantur pro adminiculo.*
- 10 *Ubi procedit fideicommissum restitutorium expressum, sed est dubia eius restrictio, tunc ratio magis generalis ampliat fideicommissum in ratione interpretativa, dantur exempla.*
- 11 *Quod aliud sit inducere novum fideicommissum, seu illud extendere, & aliud sit interpretari.*
- 12 *Ubi nullum procedit fideicommissum expressum in casu mortis, tunc intrat distinctio, an ratio sit principaliter, vel accessorie, & consecutive.*
- 13 *Quomodo dignoscatur, & iudicandum sit, an ratio sit principaliter, vel accessorie.*

M 4

Quod

decif. 188. par. 9. & in alijs de quibus in precedentibus; An scilicet ratio stare famulativè & accessorie, vel independenter ac æquè principaliter juxta distinctionem contentam in magistrali conf. 636. Decij; Et an precedat necne fideicommissum dispositivum cù alijs distinctionibus, de quibus præsertim in d. Beneventana coram Celfo inter suas decif. 228. Hæc enim omnia percutiunt casum seu effectum inducendi novum fideicommissum, sive illud extendendi de casu ad casum, vel ad diversum genus personarum, & sic per viam formalem novæ inductionis seu extensionis regulariter prohibita, cum onera & gravamina non sint amplianda, neque de facili inducenda per subauditos intellectus, secus autè ubi dispositio est dubia, & capax illius comprehensionis, de qua est questio, cum tunc talis ratio, ubi præsertim est plures repetita, sive an inter principaliter sive incidenter & accessorie, satis attendenda veniat pro interpretatione, & tanquam adminiculo seu conjectura cum magna differentia sit inter operationem dispositivam, & inter illam interpretativam ut frequenter respondere consuevit in alijs similibus controversis particularem adnotationem non habentibus; Et juxta hanc secundam partem ergo observabam magis in hac facti specie capiendam esse ad evidenter probandum, quod directa & immediata vocatio proximiorum ad proprietatem esse: quædam continuatio bonorum in familia, sive superesset ipse donator sive non; Eius autem supervientia magis considerata fuisset, ut extincta propria domo, atque bonis transmissis ad agnatos remotiores, ipse haberet illud commodum vi alium ususfructus, de quo frequentius esse solent solliciti ingredientibus istam militarem Religionem, Tum quia more secularium in proprijs domibus cum congruo decore vivere solent; Tum etiam quia expedire eos esse bene provisos annuis redditibus pro assumendis illis dependiosis religiosis officiis, & muneribus, quæ inducere solent benemerentiam facilitantem assequutionem dignitatum, in ratione benemerentia magis quam antianitatis conferendam, juxta ea quæ habentur in Melevitana seu Venusina Basilicæ sub tit. de beneficiis, & est in praxi satis notorium; Ista verò commoditate voluit prudenter disponens se privare in gratiam fratrum & propria domus, ut ita melius continuare posset in convenienti decore; Noliuit autem id agere, quando bona transitum facerent in agnatos remotiores, cum quibus hic respectus prælativus proprijs commodis haberi non solet, Atque hic videbatur verus, germanus, ac naturalis sensus hujusmodi dispositionis, inspecta substantia verisimilis voluntatis, non autem inherendo solis formulis dictionum ac verborum, cum manifeste fabulæ speciem habere videatur, ut adolescens armis deditur, hanc militiam S. Joannis Hierosolymitanis ingressurus, reflecteret ad dictionem tunc & eo casu, vel aliam æquipollentem, sive perciperet vim & efficaciam verborum, quæ ut notoria praxis docet, concipiuntur per Notarios, absque eo quod ad illa partes præsertim idiotæ advertant, ideoque præsupposita legitimatione personæ actoris, quod scilicet esset de eadem familia & agnatione constituta ab eodem stipite, super quo fuerunt solùm partes cause Patronij, cum Advocati non soleant se ingerere in iis quæ facti sunt, quatenus pertinet ad solum punctum existentia fideicommissi, ac interpretationis hujus dispositionis, resolutiones non placuerunt, atque mihi videbatur justitiam assistere actori.

LUCA
de
amentis
cat
CVI
9